



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consti=||tvitiones In Di-||oecesana Synodo
Vvla-||dislaviensi**

Karnkowski, Stanisław

Colonię, 1572

VD16 W 4100

Forma iurisiurandi ob Simoniaë suspicionem dandi. Tit. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62991)

TITVLVS IX.

FORMA IVRISIVRANDI OB SIMONIAE SUSPICIONEM DANDI.

EGO N. praesentatus vel electus &c. ad beneficium N. iuro per sacrosancta Dei euangelia, quae meis manibus tango, neque me beneficii obtinendi causa, vel ut ad id praesentarer aut nominarer, &c. neque quenquam alium meo nomine, aut consentiente vel sciente me, quicumque collatori, patrono, seu alij cuiquam ea de causa promississe aut dedisse, aut compensasse, aut prius datum confirmasse, vel apud quenquam deposuisse: neque mutuo dedisse, vel locasse: vel prius mutuo datum, commodatum, locatum, aut quocumque modo debitum remisisse aut relaxasse. nec de domibus, terris, praedijs, redditibus eius Ecclesiae fructibusue, decimis aut oblationibus eiusdem, praeteritis praesentibus ac futuris: donationem, remissionem, locationem fecisse, aut iniuisse. Ita me Deus adiuuet, & haec sancta Dei Euangelia.

f

TITV.